

**[59r]** Ecclesia parochialis titulo Sancti Iovannisbaptiste loci Calvi

Tribus spatiis sive navibus constat.

Est capax populi.

Pavimentum lapidibus stratum habet.

Parietes dealbatos.

Duo hostia [*sic*], quarum [*sic*] unum reparatione indicit [*sic*].

Tectum satis tutum habet a pluvia.

Vasa aque benedicte et presertim illa hostiis [*sic*] inerentia indecentia existunt.

In medio inest divisorium.

Fenestre valvis satis munite.

Extat in choro sedes episcopalnis et illorum officialium.

In ipsa ecclesia prope ostium extat quodam solarium elevatum, quod etiam pro choro inservire videtur, in quo extitit organum fere diruptum.

In una ex columnis ecclesiae prope vas aque benedicte inest affixa quedam capsula pro elemosinis conservandis et singulo trimestri elemosine ipse inter sacerdotes dividuntur.

Ecclesia consecrata existit, prout ex signis aparet.

Altare maius || Sub titulo sancti Iohannis Baptiste, mensam satis ad formam, habet desuper umbellam, et dicitur consecratum existere, prout etiam ex signis aparet.

Iconam satis decentem.

Bradellam minime ad formam.

Prope ipsum altare extat quodam aliud altariolum.

A latere evangelii extat et aliud altare sub titulo beate Marie virginis de Rosario nimis angustum.

Altare portatile satis ad formam habet.

Pro icona statua quedam lignea beatae Mariae virginis.

Bradellam satis ad formam.

Inest societas ipsius Rosarii cuius regule vise fuerunt.

Altare aliud || Sub titulo sancti Antonii de Padua.

**[59v]** Mensam nimis depressam et angustam habet.

Iconam corrosam.

Altare portatile ad formam.

Ceteris caret.

Altare aliud sub titulo sancti Vincentii.

Mensam et altare portatile ad formam.

Ceteris aliis caret.

Altare aliud sub titulo beate Marie Assumptionis.

Iconem satis decentem habet.

Altare portatile ad formam.

Circuitur lignis omino tollendis.

Ceteris aliis caret.

In ipso altare videtur er<r>ecta societas mulierum.

Altare aliud sub titulo sancte Crucis.

Nimis angustu[m] et depresso extat et omnibus necessariis destitutum.

Tantum iconam corrosam habet.

Circuitur etiam lignis omnino tollendis.

#### Eucharistia

Asservatur in tabernacu[ll]o ligneo deaurato et satis decenti.

Caret conopeo et clavi deaurata, sed tantum clavem ferream minime ab aliis separatam habet.

In pede ipsius tabernaculi nonnulla asservantur minime tolleranda.

Intus minime vestitum, stratum vero(?) corporale habet.

Unicam pixidem argenteam habet.

Tabernaculum ostensorium et aliud(?) reliquiis sanctorum plenum quod in ipso tabernaculo conservabatur.

Lampas continuo ardet cum lampadario satis decenti.

[60r] Inest societas Corporis Domini.

Defert huiusmodi sacramentum ad infirmos stola et cotta indutus concomitantibus hominibus deferentibus baldachinum, luminaria, et clericu defert crucem et tintinabulum.

Per viam recitat psalmos.

Defert omnes particulas sacramenti in huiusmodi viatico.

Ipsas renovat singula dominica ex qua(?) huiusmodi sacramentum frequentatur.

Ipse conficit hostias, quas in cutula lignea minime vestita conservat.

In communionibus generalibus adhibitis tobaleis mares et exinde feminas cum in calice et alias in pixide comunicat. Quibus purificationem in ciato vitreo prebet.

Adhibet diligentiam in describendis confessis et communicatis tempore pascali et inconfessos ordinario denunciat.

Bacinella non circunfertur.

Fit tantum processio in die Corporis Domini et in octava eiusdem.

Indulgentias populo denunciat quam (?) etiam ad ipsum sacramentum cohortatur.

#### Baptismus

Extat baptisterium in cappella sancti Vincentii ad quod ascenditur per septem gradus.

Vas marmoreum forma rotunda existit in quo aqua baptismi sordide asservatur.

Caret ciborio sed tantum valvis ligneis cooperitur et clavi clauditur.

Infundit aquam super capud [sic] infantis ciato vitreo.

Bis infra annum ipsam aquam renovat et veterem per sacrarium emittit.

Adibet diligentiam in describendis baptizatis, quibus nomina sanctorum imponit.

[60v] Admittit patrinos ignorantes primordia fidei.

A quibus et ab aliis concomitantibus fit oblatio.

Extant due obstetrics.

Prohibet parentibus ne infantes intra annum in lecto retineant.

Alias nonnulli infantes sufucati fuerunt.

Explicat vim, gradus cognitionis huius sacramenti.

Puerpere accedunt ad ecclesia[m] ad benedictionem capiendam.

In reliquis servat formam ritualis.

#### Olea sacra

Asservantur in capsula stamnea forma oblunga tribus spatiis distinta.

Oleum infirmorum minime separatum.

Quod defert ad infirmos stola et cotta indutus, puero concomitante deferente crucem.

Annuatim olea ipsa ab ordinario accipit et vetera per sacrarium comburit.

Tam mares quam feminas quinque sensus corporeos tantum ungit.

Nulla[m] adhibet diligentiam in describendis confirmatis.

In reliquis (etc.).

#### Penitentia

Extant in ecclesia tria confessionalia satis tolerabilia, verum fenestelle ex graticulis ferreis nimis late existunt.

Habet tabellas necessarias, non tamen semper affixas confessionali<s>.

In ipsis audit confessiones stola et cotta indutus, sed non semper.

Penitentias imponit ratione delictorum.

In reliquis satis recte se gerit.

#### [61r] Matrimonium

Decreta concilii Tridentini de reformatione matri(monii) publicata fuerunt in ipsa ecclesia.

Ante celebrationem matrimonii debitas emititt denunciations.

Administrat huiusmodi sacramentum in ecclesia.

Sponsis prius comunicatis.

Ante benedictionem inter nonnullos sponsos sequitur carnalis copula.

A sponsis et ab aliis concomitantibus offertur.

Quibus vim huiusmodi sacramenti explicat.

Adhibet diligentiam in describendis sponsis.

Temporibus quibus nuptie interdicte sunt non contrahit matrimonium.

Transeuntibus ad secundas nuptias non benedicit.

Nulli extant contrahentes in gradu prohibito, minusve ad invicem separati nec concubinarii publici.

Nulli extant impedientes matrimonium.

In nuptiis fiunt con[vi]via et tribudia.

In reliquis satis servat formam ritualis.

Parochus || Ecclesiae supradictae extat pater (*ou* presbyter) Hettor di Caleno.

Etatis annorum octu[a]ginta.

Ostendit litteras suorum ordinum et dicti sui (?) beneficii.

Cuius redditus tam certos quam incertos a presbiteris Dionisio et Francisco eidem ecclesiae inservientibus et tantum ex ipsis parocho supradicto libras centum annuatim persolvunt.

Ecclesia habet domum propriam in qua parochus habitat, coadiutores vero cum eorum parentibus.

Parochia est satis unita.

Desribit status animarum in libro, [61v] que sunt numero mille et centum.

Nulli extant impedientes ecclesiasticam libertatem.

Nulli tumultuantes in ecclesia, excommunicati, minusve usurarii.

Quidam nomine Paduanus de Frate et eius uxor sunt plures anni quod<o> [nec(?)] confessione[m?] comiserunt nec comunione[m?] receperunt.

Pueros doctrinam christianam minime docet.

Singulis diebus festis tum feriatis in ecclesia celebratur.

Confitentur peccata sua ad alterutrum.

Incedunt semper in habitu clericali.

In itinere non deferunt arma.

Nulos inimicos habent.

Habent clericum incidentem in habitu et tonsura.

Adhibent diligentiam in describindis mortuis.

Nulle extant strige minusve incantatrices.

Extant ludimagistri et chirurgici.

### Oratorium titulo sancti Antonii societatis Disciplinatorum

Cuius altare satis decens et ad formam.

Omnibusque necessariis suficiente munitum, praeter altare partatile, quod cum nimis indece[n]s esset sublatum fuit.

Ostensa fuerunt capitula societatis.

Habet redditum librarum viginti, et eidem a domino Iovanantonio ducati ducentum et a domino Barnardo scuti septuaginta quinque legati fuerunt.

Confratres singulis diebus festis in ipso oratorio ad eorum officia peragenda conveniunt.

Singulis diebus dominicis processionaliter [62r] accedunt ad ecclesiam parochialem et ibi offerunt, idem et in festo sancti Ioannisbaptiste ac in aliis festis iuxta eorum devotionem.

In ipso oratorio capellanus societatis eorum confessiones audit, et in parochiali ecclesia comunicantur in die Pascatis et in Nativitate Domini, in die Cene Domini post lotionem pedum prior confratribus distribuit panem.

In festo sancti Antonii et Annu[n]ciationis beatae Mariae Virginis erogant elemosinas pauperibus.

In ipso die Annunciationis in eodem oratorio solemniter missa decantatur et ibidem tum mares tum feminas [*sic*] concurrunt.

In die septima post obitum alicuius ex confratribus parentes defunti panem, vinum et fructus distribuunt.

Pro die sancti Antonii obtinuerant indulgentias a papa Gregorio XIII in perpetuum.

Habet tres calices, ex quibus duo tolerabiles preter patena[m] que indicet reformatione.

Indicet etiam corporalibus.

Paramentis ceterisque alliis suppellectilibus satis videtur ornatum.

Sepulchrum dicte societatis extat in cimiterio parochialis ecclesiae.

Parietes intus et foris ostium reparatione indigent.

Et fenestre absque aliquo munimine extant.

Vas aque benedicte tolerabile.

Describuntur confratres in libro minime ad formam.

Singulo trimestri priores eliguntur et singulo semestri massari et veteri novis de administratis [*sic*] rationem redunt, abque tamen interventu alicuius persone ecclesiastice.

[62v] Oratorium titulo Beatae Mariae Virginis vulgo nuncupatum Santa Maria delli Venti

Distat a loco Calvi per duo miliaria in loco detto Il Monte della Serra.

Super ipsum oratorium extat domus in qua duo heremite cohabitant, alter nomine Gulielmus Montis Regalis, alter Ioannes Barratteri florentinus.

Parietes dealbatos decenter habet.

Pavimentum lapidibus stratum et in nonnullis locis deffossum.

Unicum hostium [*sic*] habet satis tutum.

Vas aque benedicte satis decens.

Altare satis ad formam, portatile vero indecens.

Iconam decentem habet.

Candelabra duo lign[e]a.

Tres tobalias et duo palia.

Crucifixum satis pulcrum ab ipsis heremitis confectum, ide[m] etiam et crucem.  
Tres ampullas ex vitreo cristallina[s](?).  
Singula hebdomada ibidem celebratur.  
Altare intus est vacuum.  
Caret bradella.  
Nullus habet redditus et heremite ex elemosinis vivunt.  
Asseritur emanata fuisse eidem oratorio a domino Iovanantonio de Calvi scuta quinquaginta,  
que pervenerunt in manibus Martini Petruci.

Ecclesia titulo Sancte Marie

Sita est extra muros dicti loci Calvi, que alias pro parochiali inserviebat et cum fere dirupta esset  
denuo restauratur et in formam oratorii reducta est.

[63r] Parietes minime dealbatos et fornix ad<u>huc a ligni[s](?) sustinetur et tantum cancellis  
ligneis clauditur.

Altare minime ad formam et vacuum extat.  
Iconem satis decentem habet et crucem argenteam et tabellam secretorum.  
Tres tobaleas et palium satis decente.  
Altare portatile satis ad formam.  
Cimiterium circuit ecclesiam satis tutum ab ingressu bestiarum, in quo nonnulla sepulcra extant.  
Caret tamen cruce.  
In quo extat campanile arcatum cum unica campana.  
Construitur quodam edificium divi Francisci dicandum ex spensis domini Ioannis Antonii et  
aliorum loci de Calvi.

Oratorium positum in loco ubi dicitur Il Corpo della Guardia.  
Satis nimis angustum, humile et depresso existit.  
Altare tamen satis ad forma[m] cum portatile habet, in quo dietim celebratur per patrem  
Ectorem, et pro sua mercede libras quinque singulo mense accipit.  
Paramentis sacerdotalibus et huiusmodi caret.  
In ipso loco Calvi de ordine domini Ioannis Antonii videtur er<r>ectus mons pietatis de scutis  
quingentis, ut ex eiusdem fructibus frumentum et ordeum ematur ad utilem et beneficium pauperum.  
Singulo biennio eliguntur tres probiviri pro cura ipsius montis et de presenti extant Iudex de  
Barone, Stephanus Nicolai et Antonius Calvi.

[...]

[90v] [...]

Chiesa di San Giovanni Battista di Calvi

Agl'altari si provegga delle cose et ornamenti necessarii conforme a decreti generali.

De' sacramenti

Quanto intorno a santissimi sacramenti habbiamo ordinato ne' decreti generali si osservi et esequisca intieramente.

Parocho

Provegga de' libri prescritti ne' decreti generali.

Non tralasci d'insegnare la dottrina christiana.

Oratorio di Santo Antonio

I confratri osservino quanto delle confratrie habbiamo ordinato ne' decreti generali.

Oratorio di Santa Maria della Venti

All'altare si provegga della bradella di legno et degli altri ornamenti necessarii alla forma prescritta ne' decreti generali.

Chiesa di Santa Maria fuori delle mure di Calvi

Usi ogni diligenza il reverendissimo ordinario perché si finischi la fabrica cominciata et si facci il cimiterio alla forma prescritta ne' decreti generali et vi si ponghi la croce di legno.

Oratorio del Corpo della Guardia

Si procuri di aggrandire un poco più il detto oratorio intanto che commodamente possa starvi il sacerdote et chierico che serve, et che sia separato da luogo profano.

Del Monte di Pietà

Il reverendissimo ordinario dovrà molto bene invigilare che in quel monte non vi sia fraude et non vi si commetti usura.